



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 58. Nuntius Pontificius, & Rabesteinius irati Regis jussu inclusi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV. Accepo responso Oratores re infecta domum revertuntur, & Pragam ingressi, in generalibus regni comitiis, quæ ad decimam Augusti diem S. Laurentio sacram indicta fuere, ad alloquium admittuntur. Podiebracius comperto Pontificis responso adeo exarsit, ut iræ suæ imperare nescius, in Papam & Apostolicam Sedem vehementius invehementur, palamque ediceret: immerito Papa obedientiam sibi præstari postulat, cum superiori deroget auctorati; Synodo enim inferior est. De cetero nunquam ab obsequio Romanæ Ecclesiæ debito discessi; quia vero in usu Communionis sub utraque specie educatus, atque enutritus sum, ita & in eadem fide & vivere & mori volo. Nimirum præcipuus hic erat articulus, qui tum vel maxime agitabatur.

## §. LVIII.

*Nuntius Pontificius, & Rabesteinius  
irati Regis jussu inclusi.*

*Comment.* *Pii II. lib. 10* Cum iracundiae motus, nisi rectæ rationis legibus coercentur, cuncta moderationis repugna disrupta, Regem quoque ad tantos furoris impetus conticavit, ut Fantinum de Valle, a Pontifice, ut Baronibus Catholicis Romæ acta referret, unacum Oratoribus Bohemis ablegatum comprehendendi

*Duhrov l. 30*

*Papiensis l. 6*

di juberet, dicens: Fantinum non ut Le- Sæcul. XV  
 gatum Pontificis sed ut meum olim Pro- A.C.1462.  
 curatorem in arctissimum carcerem con-  
 jicere compellor. Pariter Procopium  
 Rabesteinium custodiæ dedit, & officio  
**Cancellarii** exuit, caussatus, ambos de-  
 mandato eis muneri defuisse, eoquod ni-  
 mis segniter Regis, regnique caussam e-  
 gissent. Verum sedata indignationis suæ  
 violentia Nuntio libertatem, & Proco-  
 pio pristinam restituit dignitatem; Fri-  
 dericus enim Imperator, & Ludovicus  
 Bavariæ Dux pro utroque deprecaban-  
 tur. Postea Fantinus carcere solutus,  
 Romam rediit; Procopius vero ad Im-  
 peratorem missus, Bohemorum res cu-  
 ravit.

## §. LIX.

*Suppetiæ a Rege Bohemiæ Imperatori  
 adversus Albertum ejus fratrem  
 latæ.*

Aliquo post tempore Fridericus Impe-  
 rator Viennæ in Austria ad arcem fu-  
 gere compulsus est, ubi ab Alberto fra-  
 tre suo tam arce cingebatur, ut missis O-  
 ratoribus Podiebraciæ cœpem implorare co-  
 geretur. Rex comperto mox extremo  
 Cæsaris discrimine, quantocius die octa-  
 va Novembri Praga in Austriam con-  
 tendit, ubi insigne prorsus prudentiæ ac

E 4                    mili-